

fatur affectum minus gratum in adversitatibus,
& dicitur Fortitudo.

2 Fortitudo est virtus moralis, quâ homo
timorem & fiduciam moderatur.

Speciale Objec^{tum} S C H O L . Græcè dicitur ἀνδρεία, q. d. virilitas, à no-
mine ἄνδρος vir, Germ. Mannheit / Tapferkeit. Notetur
vocis ambiguitas. Interdum pro ea duntaxat virtute su-
mitur, quæ versatur circa res bellicas, quomodo strenuus
miles, vel dux belli dicitur fortis; interdum latius accipi-
tur pro quavis moderatione & mediocritate τέλει φόρος
καὶ διάρρητος, circa metus & fiducias, ut habet Aristoteles lib. 3.
Ethic. Nicomach. cap. 9. seu τέλει διαρρήσται καὶ φόρος, id
est, circa ea, quæ fiduciam & metum adferunt, ut est ibid.
c. 11. Meritis igitur & fiducia sunt Fortitudinis objectum,
item ea quæ metum & fiduciam excitant. Sunt quæ ad
Fortitudinem etiam referunt omnes restam prosperas,
quæ adversas, quod in iis a quo animo ferendis viri
fortis officium consistat; sed hi vocabulum nimis latè
accipiunt. Nos ad æquabilitatem, de qua cap. 11. retuli-
mus. Porro Aristoteles inter φόρος distinguit. Quædam
vocat τέλει ἀνθρώπον, quia majora sunt, quam ut ab ho-
minibus sustineantur, ut sunt fulmina, tonitrua, terræ-
motus, exundationes, omniaque portenta, quæ iram Dei
denunciant; Quædam καὶ τέλει ἀνθρώπον, quæ ab homine
sustineri possunt. In illis, ait, virum fortem non posse mu-
nere suo fungi, in his vero posse, ut sunt, paupertas, ca-
ptivitas, orbitas, exilium, morbus, mors, & id genus alia.
Recentiores tamen omnia formidabilia huc referunt,
quatenus scilicet ad justam mediocritatem à recta ra-
tione prescriptam reduci possunt. Vir fortis adit pericula,
non quævis, sed et honesta, quia οὐ πολλὰ ἔνεγκε. 2. in
publicum utilia.

3 Fortitudinis duæ sunt species: Magnanimitas, & Patientia.

S C H O L . Est enim viri fortis, non solum res arduas
præsenti